presencialiter adires. Beate hujus ciuitatis turres erant quatuor virtutes cardinales scilicet iusticia, prudencia, fortitudo, temperancia. Est autem effectus iustitie miseris subuenire, effectus prudencie insidias precauere, effectus fortitudinis molestias perferre, effectus temperancie illecebras refrenare.

Venerabilis femina Elyzabeth adhuc in valle lacrimarum posita quatuor has virtutes diligenter satis exercuit. Per virtutem iusticie tam copiose miseris id est pauperibus, viduis et papillis, peregrinis et aduenis subuenit non solum personaliter multis illorum ministrando, sed etiam pecuniam magnam ad illorum necessitates distribuendo. Nam quingentas marcas simul circa oppidum Marburg erogauit. Cui et illud danicum congruit, dispersit, dedit pauperibus: iusticia ejus manet in seculum seculi. Quod tali modo insidias dyaboli precauerit ex effectu prudencie fuit. Omnium malorum radix auaricia est et ydolorum seruitus. Hujus vicii insidias euasit dum nil sibi retinens ipsas diuicias contempsit. In turri fortitudinis

ūt

sind vielf, wolf Weizspreiger, templis (temporis)

Ex Zus. vnm. Dat U ausf.

ad huc

× fr. Di. Hss.

× fr.

danicū